nomine, et eundem Dedonem interfecit Werinzo marchio, cuius marchiam idem beneficio regis obtinuit.

rot. Theo

Tertus stipes.

Theodericus iam tertius, Theoderici ~~filius~~ filii Dedonis, filii Theoderici primi, filius, accepit uxorem

+ f. CCLII c filiam Eckehardi marchionis de Thuringia, qui fundavit castrum in Eckirsberg, Mechtildam nomine sororem Hermanni et Eckehardi et Gunthori, nata ex Sbenkilda, matre Geronis marchionis de Lusacia. Pro quo sciendum ~~est~~, quod tempo-

nata in exsbenkilda

ribus primi Ottonis imperatoris fuit marchio in Lusacia Cristianus nomine, qui habuit uxorem Hiddam nomine, genuit ex ea Geronem Coloniensem archiepiscopum et Dithmarum marchionem. Hii fratres cum matre Hidda abbatiam prope Salam vocatam Monche Nygenborch or fundaverunt. Dithmarus marchio Lusaciensis duxit uxorem filiam Hermanni ducis de Lynenborch Suanhildam. Ex qua genuit filium Dithmarum paterni nominis, qui ultra genuit Odonem, qui sine liberis mortuus fuit, et in eo posteritatis propagatio cessavit, et post hoc ad genealogiam dominorum principum devenit, ut infra dicetur. Post mortem vero Dithmari primi marchionis Lusacie ~~Suanhildam~~ suam eius a) relictam accepit Eckehardus marchio

a) cuius

J. d. M. Iyuibor Nuenburgensis ecclesia fundatur a. k.

Thuringie, qui fundavit Nuenburgensem episcopatum et monasterium sancti Georgii ibidem. Cuius sepultura cum uxore ~~Suanhilda~~ hodie in medio ecclesie conditur et eorum statuales imagines cum eorum armis.

Suanhilda

Collaterales Dedonis.

Rot.

Theoderici

Interceptis paulisper linea directe descendentium de Friderico fratre Dedonis, filii ~~Theoderici~~ primi, collaterali linea prosequamur. Fridericus comes frater Dedonis marchionis, beneficio patris Theoderici et avunculi Ottonis imperatoris ~~Yglebortk~~ castrum et civitatem obtinuit, ut in cronica Sereni montis habetur. Sed idem Fridericus filios heredes masculos non habens, sed filias tantum, ~~ideo~~ moriturus Theoderico dicto marchioni,

+ f. CCLII d.

collaterali

Ffred.

Yleborch

Ideo Theoderico